



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XLIX. Amerina fideicommissi de Ianfelicibus. De eadem materia  
concursum fœminarum cum masculis agnatis, quos testator in una parte,  
seu substitutionum ordine exclusit, An scilicet isti veniant ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

regula legales, quam ipsa natura docere videantur  
tumusmodi substitutum admittendum non esse, do-  
nec de facto tale nomen vivat, sive in uno sexu sive  
in altero.

Major difficultas, quæ in praesenti cadebat, con-  
sistebat in repetitiva dictione, ut supra, ibi, E man-  
cando la detta mia famiglia rotolmente come sopra, ut  
in specie pro repetitione masculina qualitatis dicta  
dictio ponderatur apud Buratt. d. decif. 42. num. 7. &  
8. Verum, cum sensu etiam veritatis, quamvis su-  
per ista cum unica disputatione ut supra incidenter  
habita, non omnino certum ac matrum iudicium  
esformari potuerit, credebam id non obstat, cum  
quæstio repetitionis hodie percutere videatur di-  
ctum casum concursus masculorum, quamvis di-  
versi generis ac diversi ordinis substitutionum,  
dummodo tam eadem militet ratio, quia nempe  
agitatur de faciendo transitum ab uno genere perso-  
narum ad alterum, sive ab una ad alteram lineam,  
sed semper inter agnatos, puta a descendantibus ad  
transversales, unde feminæ descendentes, & de  
linea admissa prætenderent prætentionem regulari-  
ter eis competentem adversus masculos alterius li-  
nea, de eadem tamen agnatione vera, vel ad sum-  
mum de illa, in qua testator voluisse eandem agna-  
tionem renovari per artem, ad quem effectum,  
juxta præsentem mores Italæ, desiderata videatur  
continuatio sexus masculini absque mixtura femi-  
narum, & sic ubi urgat eadem ratio, sensu autem  
ea cessante, tunc enim certum est fortius cessare re-  
petitionem, pro cuius etiam exclusione in dubio est  
regula, ut plures in præcedentibus.

Eo magis quia, neque præsata repetitiva dictio  
satu remanet, sed rectè facit suam operationem,  
Tum circa repetitionem qualitatis legitimæ & na-  
turalis, quam testator enixè in omnibus desidera-  
vit ad excludendos illegitimos, ut per Beroum. conf.  
115. num 22. lib. 2. Giugagnon. conf. 63. num. 73. lib.  
1. Rot. dec. 144. num. 10. par. 7. & decif. 581. num. 13.  
par. 5. rec. & ponderatur in d. Molon. successori 14.  
Martii 1659. cor. am Bevilacqua. Licit n. ab hac de-  
cifone in suo casu recessum sit 28. Martii 1661. co-  
dem, ut habetur decif. seq. attamen in secunda deci-  
fione revocatoria ponderatur motivum fatuatis,  
quodque alias hæc dictio sine operatione remane-  
ret, quod in præsenti dici non potest. Tum clari-  
lius ad denotandam illam familiam, de qua testa-  
tor etiam in parte conditionali sentit, constituta  
scilicet solum ex personis supra expressis, quas  
in stipulis constitutæ voluit, ne alias, dum in ipso  
non cedebat familia effectiva, sed tantum conten-  
tiva, stante dicti vocabuligeneralitate in parte con-  
ditionali adjecta, alii hoc idem cognomen haben-  
tes in ea regione ad hujusmodi successionem afi-  
care possent juxta difficultatem examinatam infra  
in Romana primogeniture de Capisuchis decif. 50. At-  
que hic mihi videbatur germanus sensu hujusmodi  
repetitiva dictio, quæ ita prudenter adjecta fuit  
per dictum testatorem hujusmodi difficultates recte  
callentem, ita ut repetitio adjecta esset ad denotan-  
dos stipites familiae, non autem omnes ramos.

His ita stantibus, dicebam inanem remanere in-  
spectionem, super qua scribentes in contrarium ni-  
mium infistebant, an scilicet dictæ feminæ essent dis-  
positivæ vocatae necne, quoniam cum ipse essent  
hæredes ultimi masculi, nil referebat. An venirent  
ex parte dispositiva vel ex conditionali, dum idem  
resulabat effectus excludendi dictum ulteriore  
substitutum; Quinimò observabam, magis expe-  
dies infistere super parte conditionali ad evitandam  
Cardin. de Luca de Fideicom.

alteram difficultatem excitatam per dictos Religio-  
sos repræsentantes etiam jura dictæ Comitissæ  
stemine superstis ex prima linea Silla, à qua  
ad huc vivente jurium cessionem reportaverant.

Licebant enim quod in omnem eventum, posita  
vocatione foeminarum, ista potius conveniret præ-  
facta Comitissæ de linea predilecta, & habenti ma-  
jorem proximitatem testatoris, non obstante quod  
hodie receptum sit pro regula, ut attendi debeat  
magis proxinitas gravati quam gravantis, stante  
eius limitatione, quando agitur de faciendo tran-  
situs de uno genere personarum ad alterum ex cu-  
mulatis apud Merlin. dec. 52. alias decif. 5. 9. par. 5.  
rec. num. 11. cum sequen. & in aliis; Verum id non  
obstat observabam, quoniam hac eadem difficul-  
tas excitatur, sed rejicitur in magistrali decif. 21. Ot-  
thob. nam. 18. cum seq. Et merito, quoniam ut ad-  
vertitur supra in hac materia regulandi proximita-  
tem ex persona gravati vel gravantis, in Romana fideicom-  
missione de Victoria dec. 23. & in aliis, id procedit ad  
effectum excludendi eos qui cum gravante non  
connectentes, venirent ex sola proximitate grava-  
ti in exclusionem eorum qui utriusque, præsertim ve-  
rò testatori attinerent, atque hic est verus sensus  
hujus limitationis, sensus autem ubi omnes concur-  
rentes sunt æqualiter de genere, seu sanguine vel  
attinentia testatoris, solaque differentia est in gra-  
du, cum tunc ex pluribus inconvenientibus alias  
resultantibus ex hujusmodi ordine retrogrado seu  
graduum revolutione, potissimum in fideicommissis  
perpetuis, in quibus testatores respererunt ad  
tempus remotissimum, ac verisimiliter cogitarunt  
casum hujusmodi transitus eventurum non esse nisi  
post plura facultas, omnino receptum sit, ac pro-  
babile, ut ex persona ultimi morientis successio  
regulari debeat, quamvis aliqua æquitas in contrari-  
um obstat, quando casus contingat de recenti,  
unde videatur resultare absurdum excludendi præ-  
dictum ob remotorum minus dilectum, quo-  
niam in concutu inconvenientium tenenda est via,  
per quam minora resultent, ac etiam quia spectan-  
dum non est, quid casus dederit, sed quid verisimi-  
liter testator cogitaverit.

## AMERINA FIDEICOMMISSI DE IANFELICIBVS.

PRO

ANTONIO ET AGABITO  
DE JANFELICIBUS

CVM

ZEPHERINA DE ZEPHE-  
RINIS.

Casus decisus per Rotam pro Zepherina,  
& postea concordatus.

De eadem materia concursus foeminaru

L 2 cum

LUCA  
de  
amentis  
lata  
GVI  
9

etiam masculis agnatis, quos testator in una parte, seu substitutionum ordine exclusit. An scilicet isti veniant sub genere masculino posito in conditione, in cuius defectum foeminae vocatae sunt, vel potius exclusio in parte dispositiva influat etiam in partem conditionalem necne.

Et de doctrina Cumani in l. cum ita, An scilicet vocatio proximioris censeatur per vulgarem, vel per fideicommissariam.

## S V M M A R I V M.

**F**AQ<sup>U</sup>E series.

**R**esolutio causa.

**Q**uod existentia personarum de genere posito in conditione impedit substitutionem, licet illa non succedant.

**D**eclaratur secus esse ubi exclusio est generalis, & pro regula.

**A**n vocato secundogenito cum exclusione primogeniti succedat unigenitus.

**A**n inter limitatio de qua num. 4.

**D**e exclusione particulari in uno casu an operetur exclusio in genere in alio casu.

**D**e invalida dispositione facta iracundie.

**C**essat exclusio odiosa ob reconciliationem, & cessat am causam odii.

**D**e theoria vel limitatione Cumani, an vocatio proximioris sit per vulgarem vel fideicommissariam.

**D**e theoria Soccini in l. tolemus remis. v.

**D**e onere renovandi familiaris injunctio feminis.

## D I S C . XLIX.

**P**etrus Matthaeus de Janfelicibus clericus, plures habens ex duabus fratribus prædefunctis nepotes, Agabitus (scilicet Joannem Felicem, & Ulixem filios Olimpii, & Camillam filiam Vincentii, hæredem instituit solum Agabitus, cui substituit eus filios & descendentes masculos usque ad 200. annos eisque deficentibus vel non extantibus, substituit alios masculos proximiores supervenientes de agnatione & familia, exclusis tamen ab hac successione in omnibus & per omnia dicto Ulyce, ejusque filii, filiabus, & descendentiibus in infinitum; Et in eventum in quem non adessent masculi, vocavit filias feminas dicti Agabiti, & in earum defectum alias feminas proximiores descendentes ex agnatione & familia de Janfelicibus sub conditione allumendi dictæ familie cognomen; Obiit Agabitus primus hæres ab quo prole, unde propterea successit Joannes Felix frater tanquam proximior masculus, istoqua etiam sine prole defuncto, scriptis hæredibus, Antonio, & Agabito dicti Ulyxis ex filio nepotibus, contra istos Zepherina filia dicta Camilla, pretendens dictam fideicommissariam successionem sibi apertam esse, judicium immisionis instituit coram A. C. ubi succubuit per absolvitoriam reis conventis concessam, Devoluta vero per appellationem causa in Rota coram Priolo, contrarium ad favorem Zepherina astrictis pro concessione immisionis resolutum fuit sub die 9. Iunii 1664. Adversus quam resolutionem concessa nova

audiencia, cum occasione istam perendi plus dura essent adversus decisionem difficulter astrictis defensoribus, id anfam dedit iuris concordie, qua mediante controversia finem habet.

In istis autem disputationibus, tam in Rotarum coram A. C. duo fuerunt articuli discussi. Primo an vocatio foeminarum concepta in casu quod existentes masculi de agnatione & familia, postea esset, stante existentia predicatorum Antonii Agabiti, quamvis in dispositiva vocati non essent sed potius exclusi; Et secundum, an eadem vocatio foeminarum in casu quo non adessent masculi deficentes Agabitum hæredem, ejusque filios & descendentes esset per vulgarem, ita ut per existentes dicti Joannis Felicis frarris evanerij, actione etiam essent libera, vel potius per fideicommissariam.

Quatenus pertinet ad primum, scribens pro sculis reis conventis dicebam, quod licet ipsi quam filii dicti Ulyxis exclusi essent a succedentia in parte dispositiva, adhuc tamen eorum causa de facto sufficiebat impediri purificationem conditionis, sub qua vocatae erant feminæ, quod conditionalibus spectetur nudum factum, nato, an persona de genere posito in conditione sint vocatae ac succedant necne, iuxta firmata 151. num. 1. par. 3. rec. & in Romana fideicommissaria Soricis coram Carillo inter suas dec. 266, imprimis apud Manzium consult. 80. sepius recepta, in casu suum cum testator cam verbis amplis ac efficiens clausisset Religiosos vel Moniales, adhuc dictum fuit istorum existentia sufficere ad impediri purificationem conditionis, in quod versum genus de sanguine testatoris polmum ut fieret casus substitutionis ad favorem quoniam piorum locorum, ac habetur supra dicta prout in aliis.

Admititur itur dicta conclusio in decisio[n]e pro regula, sed admittitur quoque limitatio de recenti firmata in Bonon. fideicommissariam 17. Martii & 11. Decembri 1662 coram Bourdon de qua supra dicta 40. ut secus dicendum sit, quod exclusio est generalis ac pro regula, & finaliter & absolute absque temporis limitatione, nam enim exclusio in parte dispositiva impotens dicitur exclusionem in parte conditionali, per ac si persona exclusa non esset in rerum natura quod etiam dictum fuit in Imolen. successione 15. Martii 1661. coram Bevilacqua, cum qua fatis procederet, ut potè edita in casu approximante, in proportionate vocaverat secundogenitum ejus fratris, successivè omnes ejus filios & descendentes masculos, quibus deficentis vocavit sororem, exclusio per à dicta vocatione dicti fratris primogeniti, de cum casus dedisset, quod frater prædictus non nullum tantum reliquisset, orta questione inter ea foeminae subsidiariæ vocatam, prima vicie sub die 14. Martii 1659. respondit pro masculo ut impendiente purificationem conditionis ad rem feminæ, deinde vero sub die 18. Martii recedendo à resolutis, dixit contrarium ob inauditum verborum, cum quibus dictus primogenitus exclusus fuit, unde propterea habentur efficiens nullatenus extante, etiam ad effectum particionalis.

Ista responsio ita simpliciter tradita militare nō tisfaciebat, quoniam etiam in casu dicta decisio 266. Carilli, exclusio religiosorum in parte dispositiva erat simplex ac indeterminata, atque communis amplis, & tamen contrarium dictum fuit eo quia in proposito à parte dispositiva in-

inseritur ad conditionalem; Et quatenus pertinet ad præfatas auctoritates, circa decisionem, in dicta secunda impon. (in qua non scripti) nullum constitui potest fundamentum, quoniam in eo casu magis probabilis videatur prima resolutio ad favorem masculi, ut eundem decisionum contextus ostendit, magisque comprobat illius causa exitus, quoniam reposita causa super dubio an standum esset in primo, vel in secundo loco decisis, nulla capta fuit resolutio, sed dictum quod iterum proponeatur, quod arguit magnam difficultatem, atque solet esse vigilia revocationis, unde mulier quæ secundam decisionem obtinuerat, contenta fuit concordia, per quam obtinuerit vix quartam, vel quintam partem eius, quod erat in lice; Quatenus vero pertinet ad alias decisiones in Bononiens. de Castaneis, ultra quod non omnino modum substantiam habent, videntur ex deductis in eadem causa dicta discr. 40. ibi dici potest exclusionem seminarum esse pro regula, & per illarum omnino modum annihilationem stantibus illis verbatis generalibus, feminine per niente, quod in praesenti concurrere non videbatur, dum dicta exclusio restricta videbatur ad casum dispositivæ vocationis masculorum, in qua dicuntur illa verba, exclusio tamen ab hac successione &c. quali quod ad illum casum conclusus cum aliis que agnatis talis exclusio restricta sit; Et quoniam, ut in fine decisionis hujus causa advertitur, ob amplitudinem illorum verborum, in omnibus & per omnia, exclusio percutere videatur quemcumque casum ad successionem in genere, nihilominus negari non posse dicebam idesse ambiguum, adeo verba remanere æquivoca, ut propterea dici non posset exclusionem esse pro regula, & per viam generalis annihilationis.

Magis me torquebat consideratio, quod dicta exclusio esset in oculum ob aliquas dicti Ulixis levitates juveniles cum patro avaro sene, quo casu verius est exclusionem particulariem in uno casu influere generaliter ad universam dispositionem, ac non intrare conclusionem, ut exclusio particularis in una parte seu substitutionum ordine non influat ad exclusionem à comprehensione sub genere in alia parte vocato cum ita proberetur generalis averto testatoris ab illis personis, ita ex odio exclusio.

Ad evitandam hanc difficultatem deducebam ea que ex Ruggiero conf. 17. num. 115 cum sequen. Mech. conf. 544. & alii habentur apud Altograd. conf. 55. num. 1. cum sequen. lib. 1. super invaliditate hujusmodi dispositionum calore iracundia initiarum; Agnoscebam verò durum esse hoc motivum substituere, quando causa odii ac indignationis in testatore perseverasset usque ad obitum. cum nimium difficile sit istam conclusionem ad praxim reducere, ut de ea particulariter actum habetur in sua materia sub titulo de testamentis; Credebam tamen, etiam in sensu veritatis, motivum esse probabile stante subsequita reconciliatione, ut in facto justificabatur, quodque revera dicta exclusio fuisset ex causa levi, unde verisimilis esset revocatio, potissimum quod nascituros filios & descendentes culpæ incapaces; Atque quo magis in sequenti punto super doctrina Cumani Rota creditur ob enixa contemplationem agnationis & conservationem bonorum in ea, dictam vocationem proximioris de domo & familia habere tractum successivum, ac esse per fideicommissariam potius quam per vulgarem, eo magis me confirmabam in hoc motivo, atque credebam ex jam cessata causa odii & exclusionis, Nam non esse adeo rigorose ampliandam seu inter-

Cardin. de Luca de Fideicommissario.

pretandam, sed quod verisimiliter isti tanquam masculi ac de agnatione prius vocati censerentur, & sic etiam ad effectum dispositiva, multomagis ad illum conditionalis, ut de mutatione voluntatis ob subsequitam reconciliationem, ac cessatam odii & indignationis causam habetur apud Altograd. d. conf. 55. n. 26. cum seqq. ubi concordantes,

Quoverò ad alterum motivum, An scilicet vocationis proximioris esse per vulgarem vel per fideicommissariam, quoniam ego scribens pro reis conventis tanquam Advocatus insisterem in regula, ut cessantibus conjecturis censeatur per vulgarem magis quam per fideicommissariam, atque negarem adesse conjecturas tales, quæ limitationem regulæ inducerent, ut de dicta regula & limitatione habetur particulariter actum infra Ariminensis fideicommissarii de Bartolitiis discr. 92. & in aliis, Reflexendo tamen ad veritatem, probabilis visa est limitatio, ob enixa contemplationem agnationis etiam per artem, cum prohibitione alienationis bonorum, ac explicata voluntate illorum continuationis per annos 200. ac etiam quod verbum non extantibus importaret extantium gravamen juxta theoreticam Soccin. in l. solemnum num. 6. ff. d. cond. & demonstr. de qua particulariter infra in Placentina discr. 89. & in aliis, sed bene haec omnia influere credebam ad primum punctum pro vocatione ac prædilectione dictorum agnitorum, neglecta dicta exclusione ex verisimili voluntate ob cessatam ejus causam ut supra.

Expertus autem fui in ista causa in praxi id quod juxta mores Italiae impropterum esse advertitur supra in Neapolitanis fideicommissarii de Lamaris discr. 34. quod scilicet etiam in feminis demandaretur artificialis renovatione familia ita in dispositione demandata; Credebam autem rectè cadere illam suppletionem voluntatis, de qua infra in Tudertina fideicommissarii de Acuris discr. 115. quod scilicet testator tales renovationem magis demandaverit in feminarum viris vel filiis, ut ita finis ab eo desideratus obtineretur, juxta casum de quo supra in Romana fideicommissarii de Baldassarri discr. 45. cum revera juxta Italie mores in feminis id nullius sit operationis, ut dicto discr. 34. ubi quod procedat juxta mores Hispaniae.

## ROMANA PRIMOGENITVRÆ DE CAPISYCCHIS.

*Discrusus pro veritate.*

Vocatis ad fideicommissum vel primo- genituram illis de familia, quinam veniant, An illi de effectiva tantum, vel etiam de contentiva; Et quatenus etiam ista vocata censemur, quibusnam convenient; Et an omnes idem cognomen eademque Insignia

LUCA  
de  
amentis  
cat.  
GVI  
9